

Privilegium Vladislai ducis Mazovia su-  
per hortum, quem quondam hortulanus Rutha  
possidebat, cum locis pro vivariis faciendis ecclesie  
Ploensi donatis

12

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam.  
Nos Vladislaus Dei gratia dux Mazovia dominus et her-  
es Ploensis et Pysnensis. Significamus tam presentibus  
quam futuris tenore presentium quibus expedit universis.  
Quomodo genitoris nostri vestigiis inherentes, eiusque cupien-  
tes fieri idoneus imitator in omnibus, et signanter in his  
que pietatis officio ad Divinum cultum, et ad ecclesiasti-  
cam libertatem fecisse noscuntur, ob reverentiam igitur be-  
atissime virginis Mariae, et Divinum cultum in ecclesia  
sua Ploensi, cuius nos verum patronum et filium pro-  
fitemur, augendum, in remissionem nostrorum peccatorum  
pro nobis et nostris successoribus, reverendo in Christo pa-  
tri domino Stanislao episcopo Ploensi, suisque succe-  
soribus et ecclesie Ploensi, de nostra liberalitate Ducali,  
ortum nostrum, quem ortulanus noster Dictus Rutha pos-  
sidebat, prout in longum et latum est distinctus, per nosque  
signatus, et ab aliis ortis dimensuratus, cum eodem ortu-  
lano et area ac pratis, torrentibusque alias wosdroye, pro  
vivariis alias Stadrawki, ex eisdem torrentibus, quod  
sibi aut suis successoribus placuerit, infra limites prefa-  
ti orti faciendis, nec non montibus, collibus, vallibusque,  
pro vineis erigendis et construendis, et quibuscunque uti-  
litatibus, que nunc sunt vel in futurum humanitatis  
studio inveniri possint, dedimus, donavimus, et assignavi-  
mus gratiosè, damusque, donamus et assignamus per pre-  
sentes, habendum, tenendum, regendum, gubernandum, et  
perpetuis temporibus pacificè et quietè possidendum, nihil

iuris

ius, proprietatis seu dominij, nobis et successoribus nostris  
in eodem orto reservantes. Ut autem nostra tam libera-  
lis et spontanea donatio, robur firmitatis perpetua ob-  
tineat; ipsam duximus roborandam et roboramus, harum  
quibus sigillum nostrum maius appensum est, testimo-  
nio literarum, sigillo minori cera rubea à tergo impres-  
so. Actum et datum in Błoczek feria sexta infra octa-  
vas pasche, anno Domini millesimo quadringentesi-  
mo tricesimo quinto. Presentibus ibidem magnifi-  
cis, venerabilibus, nobilibusque dominis, Stanislas Grad-  
Błoczi, Ioanne Glowacz, Warschoviensi palatinis, Ia-  
cobo Jaszczoldi sancta Mariae cathedralis, Michaële, san-  
cti Michaëlis collegiatae in Błoczek ecclesiarum preposi-  
tis, Nicolao de Crasowo Rawensi, Nicolao de Frambkij  
Postinensi, vexilliferis, Zawyscha de Dluoznyewo subdar-  
pifero, et pro tunc capitaneo nostro Błocensi, et Stani-  
slao terre nostre Wyornensis cancellario, qui à nobis pre-  
sentia habuit in commissis, et aliis quam pluribus  
testibus fide dignis circa premissa